

1524. & 20. Aprilis

65

Litere Sigismundi I. regis Poloniae, ad
Maunitium episcopum Varmiensem.

23

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae magnus dux
Lithuaniae, Rusviae, Prussiaeque etc: dominus et heres.
Reverende in Christo pater sincere nobis Dilecte. Haec
venimus à paternitate vestra literas, quibus nobis re:
spondet, quae de prorogandis iudiciis cum magistro
et ordine Prussiae ejus sit sententia, quae tametsi
nobis satis probata sit, constituimus tamen in ani:
mo cum eam ipsam prorogandam induciarum
causam, tum alia regni nostri negotia, in amplio:
rem et maturiorem deliberationem parumper de:
ferre, proficiscimur enim brevi Deo bene iuvan:
te ad terras Rusviae, ubi ad tuendos finis regni
nostri exercitum congregatum sumus, atque ita
necessario reliquos consiliarios nostros nobiscum
habitu, quibuscum et id de quo supra mentio haec
bita est, et aliis rebus plenius tractabimus et ra:
tiscinabimur, dabimusque operam ut ea consilia
aggrediamur, quibus et terris nostris et ecclesiae at:
que ditioni paternitatis vestrae, pax, tranquillitas, au:
gmentumque stabiliatur. Bene valeat vestra pater:
nitas. Datum Cracoviae 20. die Aprilis, anno Christi
1524. regni nostri anno deimoctavo.

Commissio propria
regiae maiestatis.

Reverendo in Christo patri Domino Maunitio
episcopo Varmiensi, sincere nobis Dilecto.

[Faint, illegible handwriting throughout the page, likely bleed-through from the reverse side.]